

gremiorum Praefatio Cardinalis Seripandi facturi nūi Testamento<sup>1</sup>. qui obij<sup>e</sup>  
teiderat. 1<sup>o</sup> Martij. 1563. in cōcilio Tuā. cuius erat legatus.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Salvatoris mundi die x Martij 1563

Quia mihi Hieronymo Seripando Cardinali ex Privilegio s. sedis Ap. ca.  
et benignitate Pont. Py. my. liberum ius faciendi testamenti sine scrupulo  
conscientiae concessum est. uolo primum indicatum, quibus de causa  
si hanc potestatē obtinere cupuerim, eaq; usus fuerit, sicut in hoc  
testamento, seu ultima mea voluntatis dispositione videre est. Una ratio  
est, quae me ad faciendum testamentum induxit, quia inter coheredes  
uel consanguineos eos, vel famulos meos, sublatæ forent omnes occasio-  
nem rixarum, seu contentionum causa bonorum, quae relinquo. Altera est, ut  
aliqua ex partē satisfacerem, quibus varijs. iustisq; de causis intelligo  
me debere. Deniq; quod observauerim alios idem fecisse egregia doc-  
trina, et pietati viros, qui etiam mea professionis, et gradus fuerunt  
nempe Aegidius, Caetanus, et Franciscus Quignones Cardinales

Itaque sumptu principiō ab ipsa anima, quæ, quia potissimum in meis manib;  
adeoque mei ipsius arbitrio in hæ fragili vita subiecta fuit, non potui illam  
cohibere, quin quam sapissime, immo omni die, ac singulis horis oblite

Divinae Legis plurima, gravissimaq; comitteret digna aeterno supplicio  
quapropter, omnibus uotis cupiam mihi dari tantum spati, tantumq;  
intellectus, ut in ultimo punto mortis meæ illam possum tradere in manus  
Iesu Christi benedicti: cum illa uera et uiva fide quam ipse poscit, et  
benigne dat misericordias; cum illa caritate qua perfeci: satisfit legi  
cumq; illa penitentia, quam magnitudo requirit, tam gravius meorum  
peccatorum. denaq; cum uoto suscipiendorum omnium Sacramentorum  
qua sancta Ecclesia ex hac uita migrantibus exhibere consuevit.

Verum, quoniam præuis multis corporis defectibus, usu manuum, et  
linguae impedito solitum est ueniri ad mortem, idcirco, quod tunc  
forti per Emor impedimenta requirem istam uoluntatem, mentemq;

meam exprimere modo' uolui, planeq; pro declarata haberi quam num  
non ex mea virtute aliqua sed ex singulari dono, et bonitate Dei  
habeo, obseervans Duuinam eius M<sup>tem</sup> ut in hora mortis mea ita vel  
illam accipere: atq; ne respuat animam meam secundum opere  
qua ipso fecit dum fuit in meis manibus, sed quemadmodum pos-  
erit in manibus Jesu Christi in quas nunc illam constituta per  
fidem, caritatem, frumentationem, et uota suscipiendo eccl<sup>a</sup> saevame-  
renocans ea quacunq; contra hunc tenorem dispositionis mea,  
firma voluntatis, uel cogitare, uel dicere, uel facere cōtriper  
possit.

Quod ad corpus attinet, cuus etiam habere rationem monet fides et  
certa spes nrae Resurrectionis. Volo mandoq; ut sepelatur apud  
Eos monachos in aede sancti Augustini absq; ulla pompa uel  
extructo monumento, quo patribus illius monasterij melius uel-  
bitur, sed positum sub terra, operiatur terra, ac soli latenter  
sternatur sepulchrum, quod malum esset extra templum, ut in  
lauro, uel in ipso camiterio, quo loco omnino non auferatu-  
alio transferendi causa, sed ibi quiescat usque dum simul  
cum ceteris audiet vocem filij Dei.